



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Ordo

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

est Sacramentum, alioqui peccari mortaliter, quidam affirmant: quod ego non ausim: nisi cum nullum aliud est remedium. * *Syl. l. c. 8. Fum. 3.*

4 Nō peccat qui pro propria morte orat, aut pro aliena, ad vitandum peccatum.

* Collige ex ijs, quæ docet *Nau. c. 15. n. 10. de aliena morte optanda.*

5 Oratio peccatoris, & temporalia impetrat, & dispositionem ad gratiam: non tamen ex iustitia, sed ex pura Dei misericordia. *D. Tho. 2. 2. q. 83. art. 16. Palud. in 4. d. 15. conclus. 4. Gabr. lect. 63. super Canon. Naua. de oratio. 20. n. 76.*

Ordo, vide *Dimissoria, Diuortium, Irregularitas, Suspendio.*

1. **A**N omnes Ordines sint Sacramenta, nō conuenit inter Scholasticos Doctores: ego omnes esse puto.

* *Vide Sot. d. 24. q. 1. art. 4. Val. d. 9. q. 1. p. 4. Syl. Ordo. 1. num. 1. 2. Nau. c. 22. nu. 18.*

Ego omnes ꝑta etiam *Pet. à Sot. lect. 4. de ord. Bellar. lib. 1. de ordine c. 2. 6. 7. 8. vide c. Cler. d. 21. Val. l. c.*

2. Etsi vnctioes, & manus impositio quibusdam videantur solum Sacramentalia, si tamen omissa sunt, adhibenda, ante quam quis Ordine vtatur. *Vide c. fj. de Sacrament. non iterand.*

* *Vide Pet. Sot. lect. l. c.*

Vnctio-

Vnctionem non esse de essentia, sed manuum impositionem, additaque verborum forma per eam conferri absoluendi facultatem tradit *Bell. l. c. c. 9. Hosius in Polonica confessione c. 50. P. Sot. l. c. (vide Triden. de extr. vnct. c. 3.) at Dom. Sot. l. c. manuum impositionem accidentariam putat.*

3 Contactum materiae non esse de essentia Sacramenti, putant aliqui, sed esse de essentia, & si omittatur, suppleri debere docuit *D. Tho. in 4. d. 24. q. 1. ar. 1. & in addit. ad 3 p. q. 34. art. 5. ad 3. Sot. dist. 24. q. 1. ar. 2. Caiet. t. 1. opus. tract. 26. q. vnica. Syl. ord. 2. q. 5. Palud. dist. 24. q. 1. Ant. 3. par. ti. 16. c. 14.*

**Vist. num. 230. Sot. d. 24. q. 1. ar. 2. col. 5. qui tamen diligentiam adhibendam dicit, ut hostia tangatur in sacerdotio: at Val. l. c. p. 5. probabilius putat, contactum requiri, quod videtur placere Sot. l. c. & significat Pontificale Rom. quae tutior sententia, quantum fieri potest, ad tollendos scrupulos seruanda est. vide Syl. Ordo 2. nu. 5. Fum. n. 4. Caiet. t. 1. opusc. tract. 11. quodl. 1. q. 16.*

4 Cum dubitatur, an aliquid essentiale omisum sit, omnia sunt iteranda, alioqui solum id quod omisum est, nec prius Ordine utendum.

**Fum. 8. Syl. 10. 11. l. e.*

5 Sufficit tangere paulò ante, aut post verba ordinantis. **Sot. Vist. Val. l. c. in fine.*

6 Pref.

6 Presbyter fit, dum ei traditur materia cō-
secranda; Diaconus dum liber; Subdiaconus,
dū calix cum patena; Acolythus, dum viceo-
lus, vel candelabrum; Exorcista, & Lector, dū
liber; Ostiarius, dum clavis. Sufficit verò in
cæteris omnibus; præter sacerdotium tradere
materiam per Archidiaconum.

*Materia ꝛ calix cum vino & aqua, patena
cum hostia. vide *Sot. l. c. ar. 3. Val. l. c. Syl. l. c. 2.*
n. 3. Conc. Flor.

Diaconus ꝛ *Conc. Flor.*

Subdiac. ꝛ *c. Subdiaconus. d. 23. Conc. Flor. Val.*
l. c. Syl. l. c.

Verceolus ꝛ *Val. l. Syl. Ordo. 2. n. 4.*

Candelabrum ꝛ *Pet. à Sot. l. c.*

Exorcista ꝛ *Pet. à Sot. Val. l. c.*

Lector ꝛ per librum lectionum. *Iidem.*

Clavis ꝛ *Pet. à Sot. per cymbalum, & claves,*
Syl. l. c.

Sufficit ꝛ in minoribus per Archidiaconum,
in maioribus per Episcopum tradenda instru-
menta *D. Th. 4. d. 25. ar. 1. Rich. Syl. l. c. n. 5. ex c.*
Acolythus. d. 23.

7 Episcopatus datur per manus impositionē,
putant verò quidam, & eam, & quod traditur
& vnctionem esse de essentia; putant, & qui-
dam non esse Sacramentum, seu Ordinem
distinctum à Sacerdotio, sed eius gradum
quendam. Ego & Sacramentum, & Ordinem
distinctum puto.

*Epi-

* Episcopatum conferri per manuum impositionem, non per unctionem, scripsit Syl. l. c. num. 4.

Esse Sacramentum negat Sot. d. 24. q. 2. ar. 3. D. Thom. addit. q. 40. art. 5. Rich. Bonau. 4. d. 24. aiunt verò *Fum. l. c. num. 11. Nau. c. 22. nu. 18. Pet. à Sot. lect. 4. l. c. Palud. Dur. Maior. Val l. c. p. 4. Michael Medina. de cœliba. c. 16. Bellar. multis probat l. c. c. immo Pet. à Sot. & Val l. c. putant hanc affirmantem assertionem esse de fide.*

8 Diaconi est, per modum Catechismi exponere fidei articulos, & Decalogum, legere Evangelium, & de Episcopi, vel Parochi facultate prædicare, & baptizare, & dare Eucharistiam, id quod etiam potest facere in necessitate, & recitare nomina baptizandorum, & ordinandorum.

* Vide *Trid. Syl. vers. Diaconus, n. 4.*

Baptizare solemniter Diaconus non potest, sine nota irregularitatis. Sot. d. 4. q. vnic. ar. 3. Syl. Baptismus. 3. §. 1. *Vinal. de bapt. n. 37. Sarrus l. 7. c. 10. n. 4.*

Vrgente necessitate ex rationabili causa, si absens sit sacerdos, potest Diaconus solemniter, iure suo, baptizare. *Gl. in c. Diaconos. 93. dist. Suarez t. 3. dist. 23. sect. 2. contrarium docet Sarrus l. c. Nau. conf. 3. de cler. non ordin. ministr. existimat, Diaconum solemniter, vt Diaconus est, non tanquam sacerdos, baptizantem non effici irregularem, lib. 5. conf.*

De

De officio cuiuscunque ordinis *Val. l. c. p. 3.*

9 Exorcistæ officium iam soli faciunt Sacerdotes.

10 Lector solebat olim novos fructus benedicere, nunc solum legit, & cantat.

11 Acoluthi est, præparare lumen, vinum & aquam ad Missam.

12 Actus Ordinum Minorum possunt fieri per carentem Ordine, ex consuetudine vniuersali Ecclesiæ.

13 Prima tonsura est dispositio ad ordines; potest autem dari quouis die; Minores verò diebus festis, & quarta feria quatuor Temporum; Episcopatus Dominica, quia in ea descendit Spiritus sanctus in Apostolos, datur. At Ordines omnes Sabbato quatuor Temporum, & Paschæ, & mediæ Quadragesimæ dari solent.

**Fum. Ordo 6. 7. vide Syl. Ordo 2. n. 6.*

Episcopatus } *c. Qui in aliquo d. 51.*

At } *Syl. l. c.*

14 Ordines non dantur post prandium; nec Ordo sacer sine Missa. **Vide Syl. l. c.*

15 Episcopus ordinans, si absoluar, & dispenset ad cautelam cum ordinandis, prodest etiam Regularibus, & extraneis.

**Vide Fum. vers. Irregularitas. nu. 81. Maio. l. 3.*

l. 24. nu. 14. de Irreg. Syl. vers. Irreg. in fine, Nau.

c. 25. nu. 74.

16 Abbas mitratus, & Sacerdos potest consecrare

ferre tonsuram, & Ordines Minores suis subditis Regularibus tantum. Ita statuit Sacra Congreg. Interpretum. Conc. *Fu. vers. Abbas. 6. 17 Minores omnes dispensante Episcopo possunt eodem die dari, & si est consuetudo, simul cum prima tonsura, & cum Subdiaconatu, non enim Conc. Trid. tollit consuetudinem receptam. Dant verò minores ex consuetudine etiam Presbyteri Cardinales. *Syl. l.c. num. 7.

Subdiaconatu & Subdiaconatum simul cum minoribus dari non posse tradit Syl. Ordo 2. n. 7. & Maiol. l. 4. c. 11. ait post Trid. sess. 23. c. 11. præcipiens, ut temporis interstitia seruentur, non posse probari consuetudinem, ut minores cum Subdiaconatu tradantur.

18 Minores non dantur ante ætatis discretionem. *Ex Trid. l.c.

19 Episcopus non potest dispensare super ætate ad Ordines. *Ex Trid.

20 Ad primam tonsuram, & tres Minores requiruntur septem anni completi, & animus vitæ Ecclesiasticæ. Ad Acoluthū duodecim. Oportet verò recepturum primam tonsuram esse confirmatum, scire rudimenta fidei, & legere, ac scribere. *Ex Trid. l.c. cap. 4.

Ad Acolythum & Gl. c. In singulis. d. 77.

Oportet & Trid. l.c.

21 Ad minores oportet Latine scire.

*Trid. l.c. cap. 11.

22 Ad Subdiaconatum requirunt vigintiduo anni incepti, ad Diaconatum 23. ad Sacerdotium vigintiquinque: & præterea docere posse necessaria ad salutem, & scire Sacramenta administrare. * *Trid. l. c. cap. 12.*

Pueros minoribus ordinibus, sine scelere, ante usum rationis insigniri posse, docuit *D. Thom. add. 3. p. q. 39. ar. 2.* sed modò, ne primam tonsuram quidem, ante usum rationis conferri posse certum est ex *Trid. l. c. c. 4.*

23 Episcopus non potest ordinare die quo est consecratus; nec dare unquam ordinem quem non habet.

24 Ordinatio per vim non tenet, per metum tenet; sed non obligat, si sit metus grandis, ad castitatem, nec ad officium.

Sot. d. 25. q. 1. ar. 2. Maiol. l. 4. c. 16. de Irreg. vide Fum. Ordo. nu. 13. 14.

Qui mavult ordinibus initiari, quam occidere initiatur, nisi fingat exterius, animo penitus dissentiente *Maiol. l. c. Syl. Ordo. 4. §. 1.*

25 Datus ordo maior sine minori tenet, non tamen Episcopatus sine Sacerdotio.

* *Sot. d. 24. q. 1. art. 4.*

Non tamen } *D. Tho. add. ad 3. p. q. 40. ar. 5.*

26 Non est quis ordinandus in factis sine sufficiente patrimonio, aut beneficio, aut donatione sufficiente ad vitam: nec ea potest alienare, nisi habeat unde viuat cõpetenter, alioquin resignatio beneficij nulla. *Ex Trid. & Cõg.*

Concil.

Concil. Itidemque dicendum de patrimonio, scilicet renuntiationem nullam esse: itaque post eam facta non prohibetur quis ordinari, quia nulla fuit. **Nau. c. 27. nu. 158.*

27 Quidam aiunt posse, qui nihil habet ordinari, modò sit graduatus in Theologia, aut Iure Canonico, tali enim non defuturum vnde viuat. *Corduba casu 36. oppositum tamen habetur. Ex Cong. Conc.*

28 Ordinatus in sacris tenetur castè viuere ex voto implicito.

Nau. c. 12. nu. 32.* & tale votum vocat solenne c. 22. num. 35. & *D. Thom. 2. 2. q. 88. artic. 7.* A lata Euangelica lege votum castitatis sacris ordinibus annexum fuit, & connubio iunctos sacerdotio initiare, error Græcorum est. *Sot. d. 38. q. 1. art. 2. & l. 7. q. 6. ar. 2. de iust. vbi multis contra Græcos pugnat. Val. l. c. q. p. 5. probans non iure diuino, vt voluit Clitouxæus, sed humano (vt doctè ostendunt Sot. l. c. ar. 1. Sanchez l. 7. d. 27. Bellar. lib. 1. de cler. c. 18.) continentiam sacris ordinibus annexam esse, hanc obligationem sacris ordinibus impositam implicitum solemne votum appellat, Græcorum morem coniugatos Sacerdotio initiantium quidam non improbant. V. *Sanchez dist. 28. l. c.

29 Episcopus ordinare potest non solum subditum sibi origine, domiciliò, vel beneficio, sed etiam non subditum, de licentia tamen

men Episcopi sui, vel Vicarij absente Episcopo-
positum suum per triennium familiarem, si
ei statim det beneficium. Vide *Conc. Trid. sess.*
23. c. 8. de reform. & seqq.

* *Syl. l. c. nu. 3.*

30 Nec Episcopus, nec eius ministri quid-
quam accipere possunt, etiam oblatum, pro
Ordine, aut literis dimissorijs, aut sigillo. No-
tarius tamen, si non habet stipendium, potest
accipere decimam partem aurei, nisi sit con-
suetudo nihil accipiendi. *Ex Conc. Trid.*

* *Trid. sess. 21. c. 1. de reform.*

31 Exercens actum Ordinis Sacri (quale non
est prædicare, aut excommunicare) in pecca-
to mortali, peccat mortaliter. Quidam tamẽ
negant peccare mortaliter. Subdiaconum,
vel Diaconum solemniter ministrantes. *Sot.*
in 4. d. 24. q. 1. ar. 4. Sed opposita sententia col-
ligitur ex *c. quæsitum, de temp. ordinar.* tenetque
Adrian. in 4. q. 7. de Eucharistia. Navar. c. 25.
num. 72. vbi pro eadem citat *D. Thom. Syl. &*
Richard.

* *Exercens* 3 *Caiet. 3. p. 64. art. 6.* vbi ait, etiã
prædicantem in mortali mortiferè peccare.

Quidam tamen 3 *Val. l. c. q. 1. p. 4. Sot. dist. 24.*
q. 2. art. 1. & d. 25. q. 1. art. 4. Episcopum chris-
ma, aut oleum infirmorum in mortali conse-
crantem mortiferè peccare asserit: (quia agi-
tur de re graui nempe de necessaria materia
sacramentorum) non autem, dum calices cõ-
secrat,

X

32 Sa-

32 Sacerdos stola utitur in omni oratione solemni, & Sacramentorum administratione, & Episcopus conferens primam tonsuram.

33 Si Episcopus ordinando non possit absolueret, pergat alter ubi ne ille desijt.

34 Non potest ordinari neophytus, vel infamis, nec Hermaphroditus, nec obligatus Republic. ob administrationem, ante redditam rationem.

*Vide Syl. l. c. c. 2. & vers. Infamia, Ratiocinia, Hermaphr. Maiol. l. 1. ca. 27. de irreg. Sor. dist. 25. q. 1. ar. 2. 3. 4. Syl. Vinal. & alios de Irregul.

35 Habenti ius petendi Ordines, ut ob beneficium, non possunt negari ob peccatum occultum. *Syl. Ordo. 3. §. 9.

36 Episcopo præcipienti alicui, ut ordinetur ob Ecclesiæ utilitatem, non repugnandum sine causa iusta.

37 In materia fauorabili, nomine Sacerdotis venit etiam Subdiaconus, in odiosa verò, solum Presbyter.

38 Si Episcopus dicat, Nolo vel non intendo ordinare excommunicatos, vel irregulares. Attendenda est eius intentio, vide Nau. conf. 1. & 6. de tempor. ord.

*Arg. ex Reg. Odia de Reg. iur. lib. 6.

*Episcopus, qui episcopalia munera reliquit, si dignitatē retinuit, potest alterius Episcopi consentientis subditos initiare. Syl. l. c. §. 5. Sor. l. c. art. 3.

ORNA.